

*negēt ovum ovo esse simile. Blasphemiae crimen
mecū sustineat Spiritus Domini, qui passim ita
in Scripturis loquitur. Neque vero intelligo:
Deum illis mādasse, sed iusta eius vindicta coa-
ctos ad hanc servitutem.*

Matth. 7. b. 11. Luc. 11. b. 13. Gen. 6. b. 5. Art. 71.

*Annotatio, Malos nos esse natura, Chri-
stus testatur. Ex indicib. 1528. 1532. 1546.*

*Censura, Imponit hæc annotatio fal-
sum Christo, cum id non dicat Christus.*

*Natura an habitu malos esse nos Christus
pronuntiet, videndum. Loquitur de toto homi-
num genere. Naturam ergo ipsam malitiæ dam-
nat. Deinde notandū est, conferri homines cum
Deo, qui natura bonus est. Vnde constat, nihil
me Christo affingere.*

Nume. 15. d. 39.

Artic. 72.

*Annotatio, Cogitationes cordis ne se-
quamur, prohibet Deus, sed tātum quod
præcipit.*

*Censura, Hæc annotatio non est de
mente textus, & secūda eius pars est hæ-
retica.*

Diserte illic prohibet Deus ne sequatur Iu-